Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



observatis ad c. X Add. 76, 121, ad c. XI Add. 6, 11.

n. 3.

Monhardus II fratrem habuit Albertum. Constat satis ex hactenus dictis, magisque ex dicendis constabit. Sororem habuit Adelheidem, Friderico Ortenburgico nuptam. Ejus epitaphium, quod exstat in ecclesia PP. Praedicatorum Civitatensium, exhibet Rubeis Monum. Aquil. c. 73: Hic jacet Dna Adeleyta Comitissa uxor Dni Friderici de Ortenburch soror Domini Maynardi Ducis Karinthie et Dni Alberti Comitis Gorticie. Idem refertur ab Anndio Stemmat. Bav. v. Gartz: qui ibidem falsa de Meinhardo et Alberto sororem tribuit Bertham. Falsam assertionem sequuntur Burglehner l. I, l. 13, c. 3; et al. et Gajus noster Chron. lab. l. I. c. 1: Sorores Meinhardo fuere duae, Domina Adalitta Conthoralis Friderici Comitis de Ortenberg in Carinthia, quae mortua Egitur Anno 1291. Altera erat Domina Bertha, quae nupta fuit Conrado Comiti de Wulenstetten et Kirchberg, mater Domini Brunonis Episcopi Brixinensis, eximii benefactoris nostri. Pater Brunonis dictus est Conradus, primus suae familiae Comes de Wulenstetten et Kirchperg. Eidem opinioni accedunt recentes historiographi Henninges in Elog. Princ. Tirol. Jam Brandisii, Roschmannus, et Ill. Coroninus. Catalogus Episcoporum Brixinensium impressus anno 1687 hac habet: Bruno Comes de Kirchperg materna linea ex Comitibus Goritiae et Tyrolis. Confirmat hanc opinionem tum ipse Bruno in diplomatis infra ad annos 1272 et 1273 adscendis; quibus Meinhardum Stamsii fundatorem, dilectum consanguineum appellat, tum ex familiaritate. Do et avunculum.

Duo tamen sunt, quae obstare videntur communissimae huic assententiae. I. Impossibile Cum Bruno anno 1250 jam factus fuerit Episcopus, eum tunc ultra XX aetatis annos habuisse, atque matrem Bertham annos XL plurimum XXX natam fuisse, sequitur. Hujus igitur mater Adelheidis jam ante Meinhardo Goritiano nupta, et saltem circa annum 1200 nata fuisset. Sed an hoc tempore Albertus Tirolensis et Juta Meranensis juncti connubio fuerint, nil constat. Respondetur: etsi non constet negue contrarium constare, nec nequam probari posse. II. Auctor templi honoris Wiblingensis monasterii, quod ab Kirchbergis Comitibus fundatum est, sec. XII, c. 3 ita scribit: Wilhelmo Fundatore ultimo anno 1220. viam universae carnis adeunte, Conradus I Comes de Wulenstetten, una cum Bertha, Alberti Comitis de Burgau filia, pro dote Comitatum Kirchbergensem acquisit, quem praefatus Albertus, Wilhelmi II Comitis de Kirchberg filia Amalie Comitissa de Kirchberg, nuptus, hereditario jure adeptus erat anno 1240. -- Habuit e Bertha conjuge tres filios, et unam filiam, suo tempore nuptui traditam Udalrico Comiti de Aichelberg. Nominantur dein Wilhelmus III patricida, et Conradus II. tertius prorsus omittitur. Unde non satis accurate

Jutielin Metr. Salisb. I. I, in Epp. Brixin.

Henninges Elog. Princ. Tirol.

Hanc Conradi I Comitis de Kirchberg uxorem, Brunonis Episcopi Brixinensis matrem fuisse, Bruno ipse suis literis tum supra ad c. XI Add. 18 a, allatis, tum infra ad c. XV Add. 7 et 15 affirmat, certum facit. Testatur idem Necrologium Stamsense ad V Kal. Oct. Jam

Et Gajo passim accurabia Lebesorgus noster Chron. Stamf. ad an. 1272: Bruno Episcopus Brixinensis filius D. Conradi Comitis de Kirchberg et Bertha Comitissae Tyrolensis sororis Meinhardi.

Ejusdem appellat

jam circa annum 1215

Quamvis probabile est, Albertum, qui jam circa annum 1190 regimen cepit, circa idem tempus junctum esse connubio. Vide ad c. X Add. 31 a.